

omnium fuisse, quae Christus edidit; intelligendi sunt loqui de miraculis publice, non de secreto patris. Unde d. Chrysostomus, qui hanc eandem, quam praedicti Patres, tenet sententiam (homil. 16. in Ioann.), versans illa verba Baptistae: *Et ego nesciebam eum: in probationem illius haec rationem adducit: Si Christus notus fuisset, non dixisset Baptista: ut manifestetur in Israel, propterea veni baptizans: et infra: Si a pueritia miracula facere coepisset, non sane eum Ioannes ignorasset; nec reliqua multitudo indignisset magistro, qui ipsum manifestaret. Nunc autem ait Ioannes: propter hoc venit, ut manifestetur in Israel: et (homilia vigesima): Si antea, inquit, miracula Christus fecisset, non indignisset populus aliquo, qui ipsum manifestaret. Ecce manifeste d. Chrysostomus loquitur de miraculis publice factis ad manifestandam gloriam suam, haec enim solum negat facta fuisse a Christo in pueritia: multa namque tunc secreto patris latissime comprobavi libro praecedenti de fuga Christi Domini.*

Et manifestavit gloriam suam, et crediderunt in eum discipuli eius. Illud latum discrimen his verbis indicatur, quod inter miracula Christi, et quae reliqui sancti patrarunt, interest, quod Christus per miracula ab eo edita gloriam suam manifestabat; alii vero sancti, non suam, sed Dei gloriam, hoc est, Dei optimi maximi omnipotentiam ostentabant: quia ipsi operabantur tanquam ministri Christi, et in virtute eius; ipse vero tanquam dominus, et tanquam auctor ipsorum propria virtute illa faciebat. Docuerunt me hoc discrimen Euthly. et Hilarius (lib. adverb. Varim. Ariannum).

Quod autem dicitur: *Et crediderunt in eum discipuli eius.* D. Augustinus (lib. 2. de cons. Ecangel.) arbitratur, per quamdam anticipacionem appellatos fuisse discipulos in hoc sensu,

quod vocati sunt discipuli ad nuptias, id est, qui postea fuerant discipuli, sed nondum erant: *Quenadmodum, inquit, dicimus, Apostolum Paulum natum in Tharso Ciliticae, cum tamen, quo tempore natus est, nondum esset Apostolus. Movetur autem ad hoc d. Augustinus ea satis apparenti ratione, quia Evangelista ait: Crediderunt in eum discipuli eius. Ergo, inquit, ante non crederant: si autem non crederant, non erant discipuli. Verum mihi durum est, huic sententiae suffragari: nam Evangelista non obscure ait, vocatos fuisse, qui discipuli erant. Quod si discipuli iam erant, iam utique credebant: nec enim ignotum hominem, et inopem, nisi credidissent, secuti fuissent. Quare cum d. Lucas ait, viso miraculo credidisse, non his dixit, quia tunc primum, sed quia magis, et firmius crederent: nam et Apostoli iam creati, ut legimus (Lucas 17) a Christo exigebant augmentum fidei, dicentes: *Audate nobis fidem.* Ita interpretantur Origenes (in Cat.), Theophylactus (in comm. hui. loc.), et alii per multi doctores, quorum varias sententias in huius confirmationem breviter recitabo. Divus Thomas (sup. cap. 2. Ioann.) ait, post miraculum credidisse in eum, tanquam in Deum; ante miraculum autem credidisse et tanquam ibidem existimat, ante miraculum credidisse divinam in ipso potentiam latere. Divus Ambrosius (serm. 20) affirmat credidisse in omnipotentiam Salvatoris; et divus Cyrillus (in lib. prior. de rect. fide ad regin. in fa.) ait: *Cum crediderunt discipuli in Christum, nam in hominem sanctum simpliciter? quia, et ante signum secuti sunt eum admirantes, et tanquam, sed propter signum, contuiti sunt, eum habere virtutem ad potestatem maiorem quam hominis; cui sit honor, et gloria in saeculorum. Amen.**

DE SACRIS ARCANIS
BEATAE VIRGINIS
PASSIONEM ET MORTEM CHRISTI
DOMINI PLAGENTIS

LIBER DUODECIMUS

HOMILIA PRIMA.

Beatam Virginem mortem filii sui vehementer doluisse rationibus, et Patrum testimonio, necnon verbis Simeonis: Tuam ipsius animam pertransibit gladius, multiplici expositione illustratis, palam fit.

Prusquam de acerbitate dolorum beatissimae Virginis sermonem instituum, oportet catholicum fundamentum iacere e diametro pugans cum exeranda quorundam haereticorum doctrina, quos sectarios, et novatores vocant, asserentium b. Virginem minime doluisse mortem Christi Domini, sed alacrem potius, ac laetam exultisse; tum quia videbat Dei Patris voluntatem adimpleri, humanum genus Christi sanguine redimi, et exaltationem nominis sui per mortem sibi acquirendam fore; tum quia si divus Paulus (1. ad Thes. 4) ait: *De dormientibus non contristemur, sicut et ceteri, qui spem non habent; certe cum b. Virgo Christum post triduum resurrecturum firmissime speraret, frustra de mortis eius dormitione contristaretur; immo potius spe illa inmitens, hortari debebat filium ad mortem susinendam, sicut fecisse legitimus matrem Machabeorum (lib. 2. cap. 7), ubi haec verba habentur: *Supra modum autem mater admirabilis, et honorum memoria digna, quae percutens septem filios sub unius diei tempore conspiciens, bono animo ferebat propter spem, quam in Deum habebat, et singulos eorum hortabatur, vocem paternam fortiter repleta sapientia, et foemineae cogitationi animum masculinum inferens. Ad haec divus Hieronymus tanquam opus heroicum, ac aeterna memoria**

dignum commemorat in epistola ad Paulam, quod Melania Marcelli consulis filia propriis oculis virum suum defunctum intuens adeo viriliter se gessit, ut de eius morte minime doleret, sed divinae voluntati se conformans laetanter mortem mariti sui suscepit. Igitur cum beata Virgo esset virili magis animo praedita, quam Melania, nihil censendam esse doluisse, quam illa. His vel similibus infirmis coniecturis susus haereticus Bullingerus acriter in nos monachos invectus, quod Deiparae Mariae acerbissimos cruciatus populo ad compatiendum proponimus, haec sane temerario efflure non dubitavit: *Quorsum pertinet prodigiosa quaedam de Mariae ploratu, et lamentatione apud plebem depradicare, et ad miserationem propensa pectora ad largissimas provocare lacrymas; nam hic quorundam Monachorum haec in re unicus finis est. Verum quicquid oblatret Haeretici, Deiparam Mariam, ut decebat matrem Dei, de filii sui morte vere doluisse ratio ipsa docet, sanctorum Patrum auctoritas probat, ac evangelicum eloquium confirmat. Et quidem, si rationem consulamus, quis nisi ineptissime protervus, inficari poterit tenerrimum matrem, gravi dolore fuisse concussam, et copiose lacrymatam, dum in conspectu eius unicus, et dilectissimus filius tristissimus, et acerbissimum mortem sustinuit, maxime juvenale ethnico homine dicente:*

Mollissima corda
Humano generi dare se natra fatetur
Cum lacrymas dedit: haec nostri pars optima
sensu.

Equidem si beata Virgo dolores, et acerbum Christi Domini mortem non persensisset, nullamque in eum habuisset commiserationem, ansam dedisset ad iudicandum illum veram,

et indubitata eius matrem non esse; quandoquidem commiseratione, quam natura matris indidit in filios, ipsa careret. Quod vel utrum sapientissimo Salomoni efficacissimum argumentum fuit, ut iudicaret foemina illam, quae libenter patiebatur infantem dividi, non esse veram eius matrem; sed illam potius, quae naturalis, ac materno affectu commota, maluit filio privari, quam dividi, et trucidari. Atque huc mirifice facit expositio Euthymii (in verb. illa Luc. cap. 2. *Ut ex multis cordibus revelentur cogitationes eorum*): *Suspicebantur*, inquit, *hanc non esse illius matrem: sicut enim multi ad ea respicientes, quae hominis sunt dicebant hominem tantum esse filium Mariae, ita rursus alii attendentes ad ea, quae divinitatis eius erant, suspicebantur, quod esset tantum Deus, nec esset mater eius. Tunc autem intuentes cum amare dolentem, ac plurimum lugentem, naturaeque cedere, credebant, quod mater eius erat, et detegebant, sicut probebant cogitationes cordium suorum, quae a suspitione processerant.* Deinde nonne verae, germanaeque charitatis officium exigit gaudere cum gaudentibus, et flere cum flentibus? quemadmodum Paulus non modo per epistolam docuit, sed suo etiam exemplo comprobavit. Non enim Stoicos, et stupidos, sive ab omni humanitate alienos; sed molles, sed clementes, sed faciles, idest sui similes homines amat Christus, non frustra et mitissima Virgine natus. Sui similes, inquam, qui et aliorum successibus eorum favent, atque congaudent, ac vicissim eorum incommodis, perinde ac suis indolentem. Decebat igitur Matrem Domini, cum gratia plena esset, in hoc ipso charitatis genere non cedere, sed praestare matribus omnibus, et acerbissimis filii sui cruciatibus gravissime commoveri; cum non modo sciret, sed etiam coram cerneret illum, et corpore, et animo supra omnem modum, et consuetudinem discerniri, ut vir doloium, et sciens infirmitatem a propheta recte dicitur, ipseque Patri dicit (*Psal. 87*): *Omnes fluctus tuos inducisti super me.*

Ad haec si mors Christi firmissimam terram commovit, durissima saxa scidit, velum templi divisit, sepulchra aperuit, solem obscuravit, ac densissimam tenebrarum caliginem in universam terram effudit; putandum ne ferrenius, ac plissimum cor Mariae insensibile se exhibuisse, ut quod inanimatae creaturae senserunt, ipsa rationis compos, et mater ipsius patientis non persequeret? Absit insana haec cogitatio a catholicis animis, prout absesse sualet sancti patres Bernardus (*de lament. Virg.*), Anselmus (*de compass. Virg.*), s. Bonaventura (*ibid.*), s. Gregorius Nazianzenus (*traged. de Christ. pasc.*), Athanasius (*in descript. Mar. et Joseph.*), Cyprrianus (*serm. de nativ. Christ.*), Damascenus (*de dormit. Deip.*), qui omnes Mariae commiserant matrem affectum, et doloris acerbiter, sedulo perpendunt, et nobis perpendendam commendarunt, ut sic iuxta Chrysostomi sententiam (*hom. 18. in Gen.*) Filii Dei incarnati tanquam viva membra suo capiti cum Matre sanctissima compaterentur; idemque sentiant, ut dicit Apostolus, quod in Christo Iesu illi prae omnibus sensit. Unde Rupertus Abbas (*l. 6. de*

dic. of. e. 2) piissime nos monet, ut exemplo Mariae ferum Dominicae passionis nostram pertranseat animam, ut clavi manum, et pedum eius nostram configat carnem, et crux eius nostram suspendat concupiscentiam. Sic enim, si compatimur, conregnabimus; et sanctus Ephrem in lamentatione Mariae quaedam adeo praecleara de marianis doloribus edidit, ut nulla ratione praetermittenda putaverim: *Stans*, inquit, *apud crucem purissima Virgo, Salvatorem, quem in ligno suspensum suspiciens, plagas reputans, intuens, et clavos, querelas, colaphos, ac flagellationem, cum gravibus suspiriis, cum fletu ingenti, cum lamentis dolosissimis exclamavit dicens: Mi fili dulcissime, dilectissime fili, quomodo crucem sustines? Mi fili, et mi Deus, quomodo spua, clavos, et lanceam, quomodo patris alas, risus, iniurias, spineam coronam, purpuream vestem, spongiam, arundinem, fet, et acetum? quomodo pendes in cruce denudatus, mi fili, qui coelum nubibus contegis? quomodo silim fers, qui es opifex, quique mare, et omnes aquas creasti? quomodo moreris insons in medio scelerorum? quidnam commististi? qua in re, fili mi, Hebraeos offendisti? et cur ergo te isti simul iniqui, ingrati cruci suffugunt, quorum claudos, et permultos valetudinarios sanasti, mortuos vivificasti? tu vero quomodo niteris, fili mi dulcissime, magnanime Deus? Confecio, te suspiciens in ligno suspensum, declaratum, plagisque plenum, mi fili. Ubi nunc pulchritudo tua? ubi tuus modo decor? Sol lumen suum obscuravit, et alius factus est: splendida luna in tenebras ecanit, petrae sunt profraetae, et monumenta aperta, templique velum in duo est discissum, creaturae conditorum suum, et opifex cognoverunt; et hi perversti, ac miserii Hebraei aures obstruxerunt, oculos clauderunt, ne solem usquam occidentem suspicarent, fili mi. O Simeon admirande, en nunc gladius, quo mihi praedixisti cor meum trucidandum: ecce gladius, ecce vulnus fili, et Deus mi. Tua mors meum cor subivit, viscera mea sunt disrupta, meum lumen obtenebratum est, et pectus meum gravis pertransevit gladius. Horrendam cerno passionem tuam mi fili, et Deus meus: video immeritam caedem tuam, nec opem ferre possum: lugete mecum, omnes discipuli Domini, dolorem meum, et vulnus profundum cordis mei contuentes. Hanc vulneris profunditalem salis valecinium Simeonis expressit, cum dixit ad Mariam: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius; in quorum verborum expositione tota haec versabitur oratio.* Velut est inter doctores quaestio, de quo gladio locutus fuerit Simeon: est enim multiplex. Gladius quidam corporeus, de quo Christus ad Petrum loquens dixit (*Matth. 26*): *Omni, qui accipit gladium, gladio peribit.* Alius est gladius ipsius mortis animam a corpore dividens (*2. Reg. 1*): *Siccine separat amara mors.* Alius est ambiguitatis, et scandali gladius, quo imbecilles Apostoli percussis ceciderunt (*Matth. 26*), quando omnes pariter fuerunt. Est etiam gladius praedicationis verbi divini, de quo Paulus (*ad Eph. 6*): *Accipite gladium spiritus, quod est verbum Dei.* Alius est gladius divini iudicii, alius stuporis, et admirationis, alius amo-*

ris animam vulnerantis. Crux etiam gladius apte dici potest: rursus est alter gladius tribulationis, et doloris animam transigentis. At minime locutum fuisse Evangelistam de gladio corporeo Iesulanus divus Ambrosius, et Beta (*super cap. 2. Luc.*), dum aiunt, nullam unquam repererat historiam, quae Mariam ferro, gladio, aut violenta morte affectam ex hac vita migrasse tradat; de gladio autem mortis non intelligit; licet alioquin non defuerint, qui beatam Virginem prae nimio dolore iuxta crucem vitam exhalasse dixerint, ut refert ex beato Amadaeo Canisius (*lib. 4. de Deip. cap. 28*), nec non Maldonatus (*in cap. 2. Lucae*). Id tamen pugnat cum communi sanctorum Patrum doctrina, Hieronymi, Damasceni, Augustini, et reliquorum, qui obitum beatae Virginis per multos annos post ascensionem Christi accidisse commemorant; et certe incredibile est, ut Ioannes, qui illius adstantis cruci memor fuit, eiusdem ibidem morientis inemor fuisset. Adde quod valecinium Simeonis non dixit, quod gladius portansitrus erat corpus Virginis, sed animam: quo non obscure indicavit, non fore corporis morte, sed animi dolore afficiendam. De gladio vero severitatis divini iudicii, quamvis divus Hilarus Simeonis verba intelligi voluerit (*super Psalm. 118*) dicens, nam si illam subitura est beata Virgo, quae a Deo iudicari? Tamen haec expositio proprio gladio seipsam interimit: nam cum beata Virgo nunquam peccarit, et ad iudicium ventura sit in corpore, et anima gloriosa, nihil severitatis iudicium illud et afferet. Insuper de admirationis gladio accipi, minime probat: admiratio enim saepius ab ignorantia ortum habet: Ignorantur primi, inquit Philosophus, qui admirati novis cooperant philosophari. At quis magistram apostolorum, et totius Christianitatis doctrinam, ignorantem dicit eorum, quae Christum passurum sacri Vates praedixerant? Procul ergo a nobis absit admiratum arbitrari Virginem de iis, quae Simeon annuntiaverat in Christi morte. De gladio deinde incredulitatis, dubitationis, aut scandali, praedicta verba non esse exponenda certissimum est apud Patres: nam licet Origenes (*homil. 17. in Luc.*) perperam in contrarium abierit sententiam, dicens: *Tuam ipsius animam, quae scis absque viro peperisse te Virginem, quae audisti a Gabriele: Spiritus sanctus venit super te, et virtus Altissimi obrumbrabit tibi, pertransibit in fidelitatis gladius, et ambiguitatis macrona ferieris, et cogitationes tuae te in diversa lacerabunt, cum videris illum, quem filium Dei audieras, et sciebas absque semine viri esse generatum, crucifigi, et mori, et supplicis humanis esse subiectum.* Ipse tamen Origenes (*homil. 1. in div.*) contrarium luculentem adstruit his verbis: *Cur non putemus eandem virginem apostolis saepe lapsis, et a Christo non semel merito reprehensis laudabiliorem, purioreque fuisse, ut non solum a dicto scandalo, sed etiam ab omni peccato manere immunitis? Quod si pauci quidam alii ex antiquis, inter quos quidam commemorant divum Chrysostomum, et Teophylactum (*super cap. 2. Luc.*), et divum Augustinum (*lib. de**

CARTHAGENA DE B. M. V.—Vol. II.

quaest. ect. et nov. test.), cum tamen iudicio doctorum illius libri ipse auctor non sit, ut tradit Canisius (*lib. 4. de Deip. cap. 27*), fidem Mariae in morte filii suspectam reddere videantur: qua tamen ratione intelligi debeant, docuit divus Thomas (*3. par. quaest. 27. art. 4*), Sixtus Senens. (*lib. 5. annot. 104. et 156*), nec non Dionysius Richel. (*qui lib. 3. de praec. et dignitat. Virgin. cap. 23*) haec eruditae scriptis: *Sapientissima, et constantissima Virgo, quae filii sui passionem, passionisque modum clare, et distincte praecognovit, magis quam David, Isaias, Daniel, aut aliqui prophetarum, in passione ipsius nullatenus dubitavit, immo fidelissima mansit. Ideo Patrum verba exponuntur, non de dubitatione infidelitatis, sed admirationis naturalisque pietatis, qua quis de veritate aliqua omnino certissimum miratur, et per modum dubitationis stupet, se discit, qualiter res ita se possit habere. Ac tandem cum Patres communi consensu docerint beatam Virginem nunquam peccasse venialiter, et praesertim divus Augustinus (*l. de nat. et grad. cap. 35*), quod et sacrum concilium Tridentinum postea diffinivit, omne incredulitatis, aut scandali alienius vestigium a Deipara longe relegandum est; unde Arboreus Laudonensis (*in c. 2. Luc.*) sapienter dixit: *Atii hoc gladio exprimitur scandalum, quo offensa fuit Mater in cruciati sui filii. Videns enim Christum crucifigum fortassis cogitavit, quomodo qui natus est sine semine, et innumera edidit signa, quae nemo alius fecit, cedit morti, et permittit se toto concivis affici? Sed istis nugacissimis somniis non possum non reclamare. Nam Virgo Maria plena spiritu, gratia, et sapientia, et quae arcana sui filii mysteria ad salutem omnium spectantia abunde intellexit, nunquam animo vacillavit, nunquam mente haesitavit, nunquam ingenio titubavit; sed agnovit suum filium de bere sua passione adimplere Scripturas. Diculgato autem huiusce crucis tormento detectae sunt multorum cogitationes: nam apparuit proditor, apparuerunt qui Christum singulari amore dilexerunt, ut Ioseph, et Nicodemus, et sanctissimae mulieres, quae humanitatis obsequia Christo praestiterunt. Adde quod manifestatae sunt illorum cogitationes, quae hac ree inaudita scandalizati fuerant; verum sublato scandalo ad sanam fidei mentem redierunt. Quod autem praedicta verba non possint intelligi de gladio praedicationis verbi divini, illud unum haud obscure convincit, quod nihil novi, aut praecleari assereret Simeon, si Maria non nisi verbum Dei, velut gladio transfigendam diceret: hoc enim veluti quotidiano, et laeto cibo illa, vel maxime pascebatur, atque oblectabatur, cum in deliciis haberet, auditum Dei verbum secum animo revolvebat. Triplex ergo expositio mihi satis contentanea videtur. Prima gladium hic pro amore poni, quasi futurum dicat Simeon, quod amor erga patientem filium Mariae animum graviter vulneratus esset: nam et amor gladio aliquando comparatur, amantisque animam vulnerare dicitur, iuxta illud (*Cant. 8*): *Vulnerasti cor meum soror mea.* Secunda expositio est, quod gladius, qui hoc loco Mariae animam transitor dicitur,**

idem prorsus sit cum gladio ipsius Christi: non enim duo similes, alter Christi, alter Mariae, sed unus tantum Christi gladius designatur, ipsa enim eius crux, et mors, atque ille ipse Christi gladius Mariae animam penetraturus dicitur: non quod occisurus eam omnino esset, ut Christum, sed quod Christum occidendo eam esset vulneraturus. Sumpsit enim, ut opinor, Simeon de medio metaphorarum: saepe usque venit, ut aliquis tam fortiter gladio, aut hasta quampiam transfodiat, ut in alteram partem gladius egressus aliquem proxime adstantem, si non occidat, graviter vulneret. Hoc indicavit Simeon in Christi etiam passione eventuram, ut idem ille mortis gladius, Crucis, qui illum occisurus erat, matrem etiam et carne, et affectu, et loco proximam vulneraret, atque transiret. Unde recte divus Bernardus (*serm. de verb. Apoc. Signum magnum*) dixit: *Vere o tuam beatam Maria animam gladius pertransiit, atque non nisi ipsam pertransiens carnem filii tui penetraret.* Communio Patrum sententia est, et haec sit tertia expositio, Simeonem locum fuisse de gladio doloris, qui animam Virginis mirum in modum cruciavit. Solius tamen divi Augustini verba hic apponam, qui (*epist. 19. ad nonam quaest. Paul.*) in hunc modum loquitur: *Tribulationem igitur gladii nomine significatam esse, creditur est, quo materna anima vulnerata est doloris affectu. Ipse fuit gladius in ore persecutorum, de quibus in Psalmo dicitur: et gladius in labiis eorum; ipsi erant filii hominum, quorum dentes arma, et sagittae, et lingua eorum gladius acutus. Nam et ferrum, quod pertransiit animam eius, donec veniret verbum eius; id est, tandem fuit in dura tribulatione, donec fieret quod praedixit.* Non tamen Patres omnes conveniunt, an Simeon nomine gladii omnes Virginis dolores comprehenderit, an vero de aliquo singulariter locutus fuerit? Quidam, id referente Canisio (*l. 4. de Dep. cap. 27.*), gladium hunc ad linguarum contradictionem, ac virulentiam referre conantur, quoniam in sacris literis sic aliquando gladii nomen accipitur, testante Psalmographo (*Psal. 56*): *Gladius in labiis eorum:* et rursum (*ibidem 58*): *Lingua eorum gladius acutus.* Divus Ambrosius (*super cap. 2. Lucae*) interpretatur gladium animam Virginis transigentem, fuisse cognitionem profundam, quam habebat futurae passionis filii sui, quae quanto propinquior, tanto magis instat gladii animam eius penetrabat. Cum enim prophetae legisset, opprobria, pressuras, et mortem dilecti filii sui narrantes, non poterat huiusmodi cogitatio instar gladii accipitis animam eius acriter non transverberare: verba divi Ambrosii haec sunt: *Istum gladium cor, et anima Virginis profunde immersum habuit, quia Dei mysteria ceteris profundius penetravit, et verba Dei de Christi passione, ac ceteris operibus semper in corde medullitus portavit, iuxta illud, Maria autem conservabat omnia verba haec, conferens in corde suo.* Timot. Hierosolymitanus (*in orat. de Pr. Simeo*) exponit gladium illum de dolore, qui Mariam cor pertransiit, cum per triduum filium suum amisset. Divus Bernardus (*serm. de Annun.*) aliam viam ingrediens, docet hunc gla-

dium fuisse verbum illud, quod Christus Dominus in cruce pendens protulit, vale illud et dicens: *Mulier, ecce filius tuus:* verba eius sunt haec: *An non plusquam gladius fuit sermo ille dicens: Mulier ecce filius tuus?* Idem etiam aliam expositionem adhibet, intelligens per gladium lanceam Dominicum latus perforantem: *Vere, inquit, tuam, o beata Mater, animam gladius pertransiit, quando crudelis lancea filio iam mortuo latus aperuit.* Quis nimirum anima iam ibi non erat, sed tua plane ibi aderat, ut plusquam martyrem te non immerito praedicemus, in qua sensum corporeae passionis excessit affectus compassionis. *Revera fuit pertransiens animam, et quousque pertingens usque ad divisionem animae, et spiritus: et paucis interiticis huius reddens rationem, ait: O qualis commutatio? Ioannes pro Iesu tradidit, servus pro Domino, discipulus pro magistro, filius Zebedi pro filio Dei, purus homo pro vero Deo; haec ille. Canisius crudelis auctor nomine gladii existimal Simeonem comprehensisse omnes angustias, et angores, quos beata Virgo Deipara effecta pertulit. Proxima enim partium summam hominum inhumanitatem aspexit, omnium aedibus exclusa, omnium ope, et subsidio destituta, adeo ut ad stabulum communium bestiarum locum compulsa fuerit divertere, ne a pluvia, et frigore, varisque hyemis inturris tenerimus infantulus graviter premeretur. Snavissimus dolor, ac mollissimum parvulum dies oclatum eruento circumcisionis gladio subiavit, atque ex more gentis suae circumcidit, aut circumcidendum tradidit: valecium Simeonis graves dolores sibi praenancians atente audivit: ab Herode lupo crudeli, sanguinis filii sui sitientissimo infestissimum persecutionem sustinuit: et rursus intempesta nocte insalutatis amicis, ac rebus male compositis, ad impios barbaros, et ignotos Aegyptios ingentes itineris molestias devorans aufugit, ut ab iminenti Herodiani gladii ictu Christum Dominum praeliberaret. Dolens praeterea, et anxia duodenem filium suum unicum eius thesaurum perdidit, et non minori dolore requisivit, ut et ipsa testata est, cum dixit (*Luc. 2*): *Ecce pater tuus, et ego dolentes quaecebamus te.* Notus, et clarus illi erat Ioannes Baptista filii sui praecursor, et consanguineus, ac eximiae sanctitatis vir, qui ideo cum in adulterae foeminae gratiam Herodiani vinculis tradi, et caput eius impudicae saltatrici efflagitatu amputari, ac regis epulis adhiberi cognovit, non potuit summo angore non cruciari. Ac tandem virginea viscera gravissimo dolore concussa quis dubitabit, cum audivit filium suum vocari voracem, vini potatorem, daemoniacum, populi seductorem, Samaritanum, sabbati transgressorem, legis violatorem? Ad haec quos dicere valebit, quam durum, et quam molestum Virgini matri fuit parantem se ad mortem filium sibi valdeicere, frendentes lupos in agnum illum immaniter grassari, summa agonia sanguineum sudorem copiose in horto effundere, a Iuda per proditorem tradit, ab immanissimis hostibus comprehendi, ligatum ante varios iudices produci, a Petro ter negari, et a reliquis discipulis deseri, gravissimis fla-*

gellis exulcerari, acutissimis spineae coronae cuspidibus tempora eius terebrari, ad mortis supplicium inique adiudicari, Barabbae homicidae, et sceleratissimo homini postpositi, ligum gravissimum humeris suis baulare, crucis tormentum subire, morte turpissima iudicari, et dirae lanceae mucrone latus eius perforari. Haec itaque omnia simul complexum fuisse Simeonem nomine gladii, affirmant nonnulli cum Canisio (*prae. loc.*): mihi certe satis verisimile est, comprehensisse non omnes hos nuper commemoratos dolores, sed eos dumtaxat, quos post prolata illa verba Simeonis ipsa pertulit. Nam cum illa contineret vaticinium per verbum illud de futuro pertransibit, non sicut referenda ad dolores ante illorum prolationem toleratos, cuiusmodi sunt praerogae etiam: recepta tamen magis Doctorum expositio docet gladii nomine multiplicem dolorem illum significari, quem Virgo tantum in passione Christi, et praecipue iuxta crucem sustinuit: nam Beata (*sup. cap. 2. Luc.*) ait: *Tuam ipsius animam pertransiit gladius, id est, dolor passionis Dominicae, quia non potuit videre eum crucifigi sine affectu materni doloris, etsi speraret eundem resurrecturum, et mortem deverturum.* Eiusdem etiam est illud carmen, quod Virgini matri cecinit:

Canis pium pertransiit
Esis dolor spiritum.
Natum tuo de corpore
Deum mori dum cerneret.

Euthymius (*in cap. 2. Luc.*) in hunc modum habet: *Gladium nominavit dolorem acutissimum, maximeque dividendum, qui penetravit cor Matris Dei, dum filius eius cruci affixus est, de hoc enim cruciatu nunc vaticinatus est.* Consecit Anserbertus in haec verba: *Quamquam nullae tribulationes animam transfuderint beatissimae Virginis, illa tamen hic specialiter designatur, quae Domino in Cruce moriente, materna viscera transiit.* Denique eandem expositionem adhibent divus Damascenus (*lib. 4. de fide orth. cap. 15*), divus Anselmus (*Tract. de compas. Virg.*), divus Bernardus (*serm. de verb. Apocal. Signum magnum*), et (*in expositione Evangelii Matthaei iuxta crucem*), et (*sermone de passione Domini*), Sophronius (*in serm. Assumpt. beatae Virginis*), divus Hidelphonus (*serm. 2. de Assumpt.*), Cassiodorus (*in Psal. 104*), Rupertus (*sup. cap. 19. Ioan.*), et alii permulti. Hunc autem dolorem, quem iuxta crucem beata Virgo pertulit omnium fuisse supremum, ac propterea nomine gladii animam transigentis apte intelligi verba divi Anselmi tanto patre digna ostendunt: *Aspiciebam, inquit, Dominum, et filium meum in cruce pendentem, et morte turpissima morientem, et tanto dolore vexabar in mente, quod non possum explicare sermone. Manabat sanguis ligno manibus, pedibusque confixis: de vultu eius effluerat pulchritudo omnis, qui tamen erat speciosus prae filiis hominum, quia iniquorum erat foedatus spulis. Iste erat dolor mihi maximus, quia videbam me desertam ab ipso, quem virgo conceperam, et genueram; nec sperare alius, quia mihi erat uni-*

*cus. Videbam mori, quem dilexit anima mea, et tota liquebam gratia doloris angustia: dabam gemitus, et suspiria: flabam dicendo, et plorabam per verba talia. O fili charo, o benigno nato, o amor unico: fili mi dulcissime, da mori tecum, et ne derelinquas me: mihi mihi dulcis nocere, quam tecum mori amplexata cruce; et nil amarius certe, quam vivere sine te. Tu mihi pater, tu mihi filius, tu mihi sponsus, tu mihi thesaurus, tu mihi omne bonum. Nunc orbor patre, viduor sponso, desolor prole, omnia perdo, uno perdit te. Sileant ergo Haeretici, obmutescant miseri, obturent ora caecus, qui Virginis commiserationem, et acerbissimum dolorem ob interitum filii sui indicantur; et ut magis erubescant, audiant sanctae Elisabeth revelationem, quam refert Auctor (*lib. 3. de beata Virg. part. 4. art. 3*), ubi narrat beatae Virginis concessum fuisse a Christo Domino, ut dolores eius maternis animo evolventi, potuisset liberis quocumque favore impetiri ad salutem animae illius spectantem, et praecipue ut ante mortem veram de peccatis suis poenitentiam ageret.*

Porto iam explicemus verba illa: *Tuam ipsius animam:* duplicem enim sensum sustinere possunt iuxta sententiam Hugonis (*in comm. luc. loc.*). Primus: *tuam ipsius*, scilicet Christi animam, quae quidem est tua per amorem: quia si Ionatas, ut sacra eloquia testantur, diligebat David quasi animam suam, patiori iure beata Virgo censeada est ardentius dilexisse Christum Dominum, non solum ut animam, sed et plusquam animam suam. Secundus sensus est: *tuam ipsius animam*, id est, animam tuam, quae est ipsius Christi, non solum creationis, et redemptionis iure, sed amoris titulo. Tertius sensus sit, ut verba, *ipsius*, non referantur ad animam Virginis, vel Christi, sed ad gladium illum, ita ut perinde sit, ac si dixisset: *Gladius ipsius Christi ad animam tuam pertransiit;* et haec expositio est magis literalis, et germana. Quod autem addit Simeon, *pertransiit*, ingentem Virginis dolorem significavit, ut qui non futurus esset superficialis, ut ita loquar, sed ad cordis intima penetraturus; unde iure Hieronymus (*serm. de assumpt.*), vel ut alii volunt, Sophronius dixit: *Constat quia Maria tantum doluit, ut totam animam pertransiret, ac possideret vis doloris.* Et divus Bernardus ad ipsum magis explicans subiunxit: *Est sagitta electa amor Christi, quae cor Virginis pertransiit, quia nullam particulam in peccatore virginali vocatum reliquit.* Ad haec: hinc rationem, propter quam, licet tot instrumentorum genera ad cruciandum corpus Christi confunderent, flagella, spineae, clavi, martelli, crux, fel, acetum, lancea, gladii tamen iuxta nunquam eo vivente in illum irruit, eam arbitrator esse, quod Christus voluit passionis suae matrem habere consortem, et cum illa patienti instrumenta didicere; et ideo clavos, crucem, et spineam coronam sibi reservans, gladium lanceae ei praebuit: *quam ipse sentit, non Christus.* Hinc ad extremum colligo eximiam, et inauditam fuisse constantiam, et fortitudinem Deiparae Virginis tempore passionis filii sui, quodam doloris gladium pertransientem a-

namam eius patientissime sustinuit. Nam si Alexandri fortitudinem commendat Plutarchus (*de gest. Alex.*), quod aliter crure graviter percussus, et altero geneflexo, in hostes irrueret, ac se viriliter defenderet: et si de Iuliano tanquam rem mirandam historiographi commemorant, sagitta pectore transfixo, effusum sanguinem contra coelum in altum misisse dicunt: *Vicisti, Galilaeae vicisti*; quanto mirabiliorum invidiam Virginis fortitudinem censere debemus, quae non crure percussio, aut latero confosso, qui ad corporis dolorem pertinet, sed anima ipsa acerbissimi angoris gladio transfixa, constanter perseveravit, iuxta patibulum crucis filio suo amarissime compatiens? Quod si Apostolus dixit, ut haeretici obiectant, non contristandum de dormientibus sicut et ceteri, qui spem non habent, audiant quid huic obiectioni respondeat magnus pater Augustinus (*de verb. Apost.*): *Necesse, inquit, est, ut tristis simus, quando nos moriendo deserunt quos amamus; quia etsi novimus eos, non in aeternum relinquere nos mansuros, sed aliquantum procedere secuturos; tamen mors ipsa, quam natura refugit, eum occupat dilectum, contristat in nobis ipsius dilectionis affectum. Ideo non admonuit Apostolus, ut non contristemur, sed non sicut ceteri, qui spem non habent. Contristamur ergo nos in nostrorum mortibus necessitate amittendi, sed cum spe recipiendi. Inde angimur, hinc consolamur. Inde infirmitas afficit, hinc fides reficit. Inde dolet humana conditio, hinc sanat divina promissio; haecenus d. Augustinus.*

Deinde illa alia haereticorum obiectio, quod potius beata Virgo gaudebat, et laetabatur de morte filii sui, quia per illam et implebatur Dei Patris voluntas, et redemptioni generis humani ultima manus imponebatur, nullius promissu momenti est. Nam sicut Dominus Iesus non carebat in passione gaudio, quo superior pars rationis fruebatur, et tamen summo dolore in inferiori parte animus afficiebatur; ita beata Virgo ex consortio Christi mutuavit a gaudio eius gaudium, et a dolore eius dolorem, unde in superiori parte rationis aderat congratulatio, et gaudium de hominis redemptione, in inferiori tamen parte sensitiva, ut decebat materum affectum, angor premebat, et vehementer dolor cruciabat: quae duo idcirco nulla ratione inter se digladiantur, quia non fuerant circa idem obiectum, sed circa diversa. Unde contempler beatam Virginem tempore passionis perinde se habuisse ac Deam illam, quam olim vocabant agoniae, de qua Macrobius (*lib. 1. Saturn.*) narrat, quod licet in signum doloris, et tristitiae ore esset clauso, et sigillato, et vultu moesto, intra ambitum tamen templi Deae gaudii, et laetitiae commorabatur. Non secus, licet beatae Virgini propter summam conformitatem, quam habebat cum divina voluntate, et propter zelum redemptionis generis humani mors Christi Domini placeret, et gaudii materia sibi esset; summo tamen dolore afficiebatur in passione eius, quia vel tunc a cogitatione, quae laetitiam afferre posset, se absteinebat; vel si quae occurbat, instar guttae aquae dulcis in mare immiscae, ab ama-

ritudine maternorum viscerum absorbebatur. Unde d. Gregorius Nazianzenus (*in tragaed. de Christ. patient.*) in persona Virginis ait: *Nec me latent, quae post brevi futuris, sed moeror excedit gravis fiduciam. Et quidem quanto sciebat brevius esse tempus, quo mors ad solum triduum super Christum imperium suum protendere poterat, tanto ipsa impensius vacabat moerori, ardentem desiderans a dolore passionis, et mortis eius participatione non fraudari.*

Ad illud autem de insigni illa foemina Melania, respondeo illam reddidisse rationem, quare non doleret de morte filii sui, quia expeditior manebat ad vacandum Deo, a quo sollicitudo placendi marito non semel avocare solet: unde Paulus (*1. Cor. 1*) dixit, mulierem nuptam esse divisam. In beata autem Virgine id non habet locum, quia amando filium amabat ipsum Deum; et quanto maiorem sollicitudinem habebat placendi filio, tanto maiorem necesse erat habere illum placendi Deo, cum idem esset et filius eius, et filius Dei; quare ex filii consortio nulla erat ei occasio distractionis, et dimissionis; quam indicat d. Paulus, sed strictioris potius unionis cum Deo.

Nemo igitur deinceps Haereticorum Virgini molestus sit, alienum ab ea arbitrans, quod acerbissimos dolores ob Christi Domini mortem pertulerit. Nam si Samuel Dei propheta, et amicus super improbo rege Saul gravi dolore commotus est: et si pius David ob infelicem Absalonis inobedientis necem eiulabat dicens (*2. Regum 18*): *Absalon fili mi, fili mi Absalon: et quod amplius est, Christus Dominus ad tumulum Lazari, nec fentes, nec dolentes increpavit, nec a fletu prohibuit, immo et ipse flevit cum fletibus, Evangelista dicente (*Iohann. 11*): *Et lacrymatus est Iesus: ac taudem videns ingrati civitatem Hierusalem penitus ruituram, flevit super illam; quanto quaeso magis dignum erat, ut pissima mater doleret, et fletet super morte non improbi regis Saulis, sed sanctissimi Regis regum, et Domini dominantium, non rebellis Absalonis, sed obedientissimi filii sui, et ait divus Lucas: *Subditus erat illis: non Lazari puri hominis, qui aliquando peccaverat, sed Dei, et hominis simul, qui peccatum non fecit; nec inventus est dolus in ore eius; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.***

HOMILIA II.

Acerbissimi doloris beatae Virginis in passione, et morte filii sui variis causis, et rationes enarrare aggredimur, ab illa inchoantes omnium notissima, quae ab ardentissimo eius amore petitur, qui mensura doloris amantiam esse noscitur.

Cum sacrum Deuteronomii eloquium dicat (*Deuter. 4*): *Deus tuus ignis consumens est: inde divus Bernardus (*ser. in illud sapientia vincit Mundum*) ansam sumens contempletur Christum modo tanquam ignem mortuum, modo tanquam vivum: *Carbo, inquit, mortuus in praesepe iacens, igneus daemonia expellens: mortuus in Aegyptum fugiens, igneus vendentes, et ementes columbas de templo eiciens: mortuus dormiens in mari, igneus imperans ventis, et mari: mortuus subditus parentibus, igneus quatuor satanas hominum millia de septem panibus: mortuus ad puteum Iacob rogans potum, igneus circa Hierico illuminans coecum, et sanans leprosum. Carbo erat mortuus, dum a diabolo tentaretur, igneus dum ei ab angelis ministraretur: mortuus in proditioe discipuli, igneus in filio Reguli: sopitus ante praesidem, igneus circa Tyberiadem: sopitus dum ei Herodes illuderet, igneus dum mortuorum suscitator magnificus fieret: sopitus dum ei actum cum felle mixtum propinaretur, igneus dum ab eo decem leprosi mandarentur: sopitus dum a Iudaeis se absconderet: sopitus dum cum publicanis, et peccatoribus ederet, igneus dum ambularet super undas, igneus dum ex aqua facto vino lactificaret convivas: sopitus iacens in cubulis, igneus fulgens mirraclis: sopitus ante tribunal praesidis, igneus in filia Chananitidis: sopitus in cruce, igneus in monte; haecenus ille. Mea tamen sententia nequeunt ullo tempore verbo divino incarnato aptius congruere praedicta verba Deuteronomii (*cap. 4*): *Deus tuus ignis consumens est, quam illo, quo Christus Dominus ex ligno crucis pendebat; et ut beatissima Virgo aperte testata est, dum eximium charitatis illius ardorem commendans dixit (*Cant. 8*): *Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum, vel ut alii verunt: *Scintillae eius, scintillae ignis, vel ut legunt alii, *Sagittae eius sagittae ignis, vel tandem ut alii transferunt: *Alae eius, alae ignis. Considerabat Deipara Christum non solum velut lucernam, vel lampadem accensam super candelabrum crucis, agnitionis lucem, et splendorem praebentem, sed velut mysticam quandam ardentis charitatis Aethnam, amoris sui flammam emittentem; duoque praecipue tangit in praecitatis verbis: primum lampadis similitudinem, secundum ignis metaphoram. Nos, si Dominus dederit, prout de munificentia eius daturum speramus, utrumque prosequemur, prius de lampadis, deinde de ignis appellatione dicturi.*******

Certe Dominus Iesus, qui in nativitate egressus fuerat ut splendor, maternum clau-

strum non laedens, in passione accensus; velut lampas, ardentem hunc splendorem clarissimus manifestavit, ut praedixerat Isaias (*cap. 26*): *Egredietur ut splendorustus eius, et Salvator eius ut lampas accendatur.* Nominem autem lampadis accenti, Christum Dominum in cruce intelligi aperte satis indicant verba Iob dicentis (*c. 22*): *Lampas contempta apud cogitationes dicitur, parata ad tempus statuum.* Lampas quidem contempta fuit Christus Dominus in crucem actus in existimatione divitum, et principum Iudaeorum; addit vero lampadem illam esse paratam ad tempus statutum, scilicet ut praordinato, ac praedefinito isto passionis tempore luceret, et arderet, dum velut lucerna fulgentissima super crucis candelabrum omnibus videndum se exposuit, opere ipse complens, quod ipse docuerat (*Luc. 11*): *Nemo accendit lucernam, et ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.* Ut tamen amplius lux huius lampadis per omnes diffunderetur, tot ex eo nocturne accensae lampades, quot in Christi corpore vulnera inflata fuere; praecipue tamen quinque illae, quas in manibus, lateribus, et pedibus conspiciamus. Non inolevit apud bellatores, quando prae ingenti frigore militum corpora algent, complures nocturno tempore flammam per totum campum accendi, quibus et lenaeque simul, et frigus faguntur; ita coelestis Ecclesiae sponsus, et christianis exercitus dux Christus Dominus, vigente torporis, atque socordiae frigore, nec non lenebis ignorantiae undequaque diffusis, magnas a se lampades flammarum, ipsa scilicet vulnera, accendit, quibus illas depelleret, et torporem omnem longe propulsaret, ac sicut aer corruptus, ac pestilens plurimisque, magnisque flammis solet purgari, prout Athenae ab Acrota eximio illo medico factum fuisse testis est Caecilius Rodigianus (*lib. 24 var. lection. cap. 22*): ita et ipse flammis hisce vulnerum suorum accensis, universam orbem a grassante peccatorum peste animas corrumpente purgavit. Quod si etiam in altissimis turribus magna solent accendi lampades flammarum, ut per eas, qui in mari periclitantur, tempestate extorta intelligant, quo confugere debeant, ne fluctibus maris, aut Piratarum infestatione intereant; non secus Christus Dominus super excelsum crucis turrim Sanctorum istorum vulnerum accendit lampades flammarum, ut qui in turbulento huius saeculi naufragantur, sive peccatorum pondere pressi, sive tentationum fluctibus conquassati, aut periculum hominum perfectionibus concussi, horum vulnerum aspectu recreati sciunt tutissimum sibi paratum in crucis arcu confugium; ita ut dicentes (*Ps. 90*): *Quantum tu es Domine spes mea, audire mereantur id, quod sequitur: *Altissimum posuisti refugium tuum. Rursus quemadmodum quando rex quispiam possessionem capit alicuius regni, vel insigne aliquod munus, aut privilegium populo impertit; aut cum celebrem ex hostibus reportavit victoriam, frequenter supra eminentiora loca accendi praecipit lampades flammarum, variisque praefulgere luminaria; ita rex noster Christus Dominus vulnerum lampades, ac flammam**

accendit, ut nos omnes invitet ad celebrandam illam vigiliam, de qua David (*Psal. 93*): *Dominiis regnabit a ligno*, et quam ipse praedixerat illis veteribus (*Joan. 20*): *Principes huius mundi eiecitur foras*.

Porro si hebraicam lectionem consulamus, aliter has lampades explicare possumus; ubi nostra vulgata ait: *Lampades ignis*, Sextus Hieronymus legit, *carbones ignis, et flammae Dei*. Apte satis vulnera Christi carbones vocal, cum instar carbonum nigra, et ignominiosa infidelibus videantur, iuxta illud Apostoli (*1. Cor. 1*): *Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est; verum statim subdit: Is autem, qui salvi fiunt, id est, nobis, Dei virtus est*. Nam tametsi Christi vulnera carbones sint, sed non carbones extincti, sed carbones amoris incendio inguili, ardentem charitatis flammam ex se emittentes; hos non immerito putaverim Davidem vocasse carbones desolatorios, quia praeterquam magnum desolationem, et dolorem inferiori animae Christi portioni intulerunt, materis animam summo moerore conecerunt. Addidit tandem: *Flammae Dei*, ut significaret his flammis non purum hominem, sed Deum hominem ardere. Sed quomodo quæso non ardebit, cum ipse sit ignis ardentissimus? *Deus noster ignis consumens est*. Unde divus Dionysius (*de coel. hier. c. 5*) affirmat nulla alia re aptius, et frequentius explicari Dei naturam, quam igne: et merito quidem, cum inter Deum, et ignem mira sit sympathia; nam primo sicut ignis prae ceteris elementis magis sensu percipitur, ita Deum esse eo eximiam rei evidentiam omnes norunt, adeo ut si quisquam eum ignoret, fatuum, et insipientem compellet illud David (*Psal. 13*): *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus*. Quod si ignis cum lucidissimus sit, non admoda tamen sibi materia, in qua vim suam ostendat, manet in sua sphaera occultus prae sua magna subtilitate; ita etiam Deus, tametsi per se sit maxime homini intelligibilis, nisi per opera externa se manifestaret nobis, maneret ignotus, et occultus (*ad Rom. 1*): *Nam invisibilia Dei per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur*. Quod si immensurabilis est ignis, cum ex natura sua semper crescat in infinitum; unde Salomon dixit (*Prover. 30*): *Ignis nunquam dicit, sufficit: sic Deus in se immensus est, et infinitus, adeoque ardentem caput amari, ut nullo quocumque ingenti amore ei exhibito unquam dicat: sufficit*. Quod si conditio ignis haec est, ut omni quod sibi appropinquaverit, igneam suam naturam communicet; Deus etiam animae sibi appropinquanti per poenitentiam igne charitatis accendit, et consortem reddit divinae naturae, adeo ut paulo post suam conversionem non tam videretur vita sua, quam ipsius Dei vivere (*ad Gal. 20*): *Vivo ego, iam non ego, vivit vero in me Christus*. Quod si ignis calore suo renovat omnia, ut patet tum in Phoenice, in qua senectutem in juvenutem commutat, et in metallis, quorum consumit rubiginem, et mira novitate decorat; sic Deus vitali gratiae suae calore quotidie renovat animas, per lavacrum, ut ait Paulus (*ad Tit. 3*), *regenerationis, et renovationis Spiritus sancti,*

quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Salvatorem nostrum. Quod si ignis vim habet discernendi aurum ab aliis vilibus, et inferioris notae metallis, quibus sit commixtum, idque sine ulla sui mutatione, non secus Deus immutabilis in se manens (*Malach. 3*): *Ego enim Dominus, et non mutator, bonos discernit a malis, ut se in die iudicii facturum pollicetur*, dicens (*Matth. 3*): *Triticum congregabit in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili*. Quomodo enim etiam ignis semper superiora petit, et si inferius compulsus descendat, tandem sua levitate fertur in altum; non dissimiliter Deus, ut ait David (*Psal. 112*): *In altis habitat*; et si amore suo compulsus in inferiora terrae se dimisit usque ad ignominiosam mortem crucis, et concavam petram sepulchri; naturali tamen impetu, et virtute propria iterum in die Ascensionis in altum conscendit. Quod si tandem tanta est ignis vis, et celeritas, qualem impetus incensarum bombardarum, et ignis tormentarii intra minarum cunienos subitus celsissimum quamlibet, ac validissimum molem defliciens commonstrat in infinitum excedit illo vim virtus, et efficacitas divina, cum solo verbo omnia ex nihilo creaverit, et solo verbo eadem in nihilum redigere possit immo in eo valde inferior est virtus ignis virtuti divinae, quod illa vincit solet a contrario, ut cum flammae ignis aqua extinguitur; tamen vim, et vivacitatem flammarum divini amoris nullae quantuncumque immandantes gravissimum peccatorum aquae ulla ratione extinguere valent, Salomone dicente (*Cant. 3*): *Aquae nullas non poterunt extinguere charitatem eius; et id eo notanter observavi, quod secundum originale hebraeorum flammae istae vocantur flammae Dei, ut significetur, flammam amoris, quam Christus in cruce emisit, non esse velut flammam puri hominis, quae tametsi vehementes, tandem aliquando extingui solent, flammam tamen Dei inextinguibiles sunt. Harum flammarum sicut nemo proximior camino crucis, quam Virgo, ita nemo magis ardoris eius quam illa particeps fuit. Cum autem iuxta mensuram flammarum ardentis sit magnitudo doloris, ex hoc praecipue capite nunc adnitar deprehendere, et explorare summam moeroris acerbissimam Virginis animam excrecissimam.*

Referam primum gesta quorundam memoria simul, et laude digna, ad quae patranda dolor ex amore ortus amantes compulsi. Ut enim auctor est Cicero (*in ea Dialogo quem de amicitia conscripsit*), cum Orestes, et Pylates in regionem Tauricam venissent ad deponendas furtas, quibus Orestes, propterea quod Clitemnestram matrem, et adulteram simul Aegistulum interfecisset, agitabatur: essenque a rege Thoante comprehensi, quod Dianae simulacrum inde auferre voluissent; rex Orestem sententia damnavit capitis. Cum autem ignoraret, uter illorum esset Orestes, Pylates, amici sibi supra omnes caeteri mortem agro ferens animo, cum se esse Orestem affirmabat; Orestes vero contra sibi irrogari supplicium contendebat, ut vitam Pylati conservaret: sic amicus pro altero amico se immolan-

dum tradere non timebat: tantam vim habet amor inter duos non affinitate, sed amicitia tantum coniunctos. Hinc persimile est, quod Ioannes Textor (*in Offic. sua*) verbo: *Amici arctissimi*, refert de Antonio, qui cum spiculatoribus, qui Brutum interfecerent, misisset; Servius Terentius, ut Brutum a morte liberaret, quem mori magnopere dolebat, seipsum interfectorem offerre non expavit, Bruti nomen cum proprio commutans. In eadem etiam Textoris Officina, verbo: *Amor coniugalis*, aliud exemplum reperio his duobus relatis nulla ratione inferius: sed dignum quod a nobis commemoretur. Dum celebrarentur exequiae Capanei apud Thebas fulmine mortui in eo bello, quod fratres Polyneices, et Ethocles regni causa simul gerebant, uxor eius Evadne prae amore, quo cum prosequeretur, tantum dolorem ferre cum non posset, in rogam mariti se coniecit. Unde Martialis:

*Arserit Evadne flammis iniecta marito. Inlita tandem, ut auctor est idem Textor (*praec. loc.*), Caesaris filia, et uxor Pompei, cum vestem mariti sui cruentam aspexisset, continuo magnitudine doloris consternata, partum edidit immaturum.*

Sed veniamus iam ad paternum amorem, ex quo praecipue Marianum dolorem colligere pollicitus sum. Nemo sane ignorat veritatem illam, cuius natura ipsa parentes omnes fecit magistros: experientia enim ipsa docetur, amorem parentum erga filios ferventem valde esse. Arnobius enim refert, excessivum adeo fuisse Agrippinae amorem erga impium Nerone filium suum, ut quodam astrologo ei dicente futurum esse, ut ille imperii culmen ascenderet; adeo tamen naturae ipsi ingratus se exhibiturum, ut propriam matrem foret occisurus; ipsa, continuo respondit: *Imperet, et occidat*. Sed S. contemplerur Iobum, qui cum aliquo sanctitate conspicuus, et laborum tolerantia insignis esset, audito primo nuncio de iactura bovm, et aliorum pecorum, in quae Sabaei invaserant, et aliam emendo de Chaldaeis, qui camelos omnes illius violenter subripierant, nullum doloris iudicium foras dedisset; adveniente tamen tertio nuncio de necesse filiorum suorum, in quorum domum vehementes ventus irruens super illos ceciderat, continuo ait sacer Textus (*Iob cap. 1*): *Scidit vestimenta sua, et tonso capite corruens in terram adoravit*. Absalon in coniracione illa, qua mortem patris machinatus est, statum quandam erexit cum hac inscriptione (*2. Reg. 18*): *Non habeo filium; quasi diceret, ut adnotavit Lyranus: solus amor filii si illum haberem, poluisset ab hac rebellione contra patrem suum meum avocare, ne forsan deinceps filius meus grave aliquod nocumentum patereletur; cum tamen filio caream, nihil pertimesco, propriam vitam mortis periculo exponere. Ecce, quomodo Absalon praeponebat filii commoda vitae propriae, cum hanc minime exhorresceret mortis discrimini committere, illam vero maxime. (*Exod. etiam 3*) Nive amoris parentum erga filios aliud non leve argumentum reperio: etenim licet aliquo Deus variis plagis, et calamitatibus Pharaonem, et*

eius Aegyptios compressisset, adhuc induratum erat cor illius; cum tamen Deus primogenitum eius occidit, quem singulari amore prosequeretur, tunc manus dedit, timens ne infesta mors reliquos eius superstitis filios, et sibi valde charos de medio tollerent. Accedit in idem argumentum ardentissimus amor, quo Iacob filium suum diligebat, de quo sacra Genesios historia (*c. 37*) testatur, quod audito nuncio de morte filii: *Strissis vestibus indutus est ciliicio, lugens filium suum multo tempore*. Ubi nonnulla observatione digna censeo, tum quod licet Iacob per ferme totum suae vitae tempus multis pressuris, et laboribus fuisset oppressus, nullibi tamen sacra Scriptura eum planxisse commemorat, nisi solum audito nuncio de morte dilecti filii sui Ioseph; tum quod vehementer amor erga filium non passus est exiguo temporis spatio super illum lugere, sed ait: *Lugens filium suum multo tempore*; tum quod impatiens amor non sinebat eum acerbi sui doloris levamen aliquod illi leniens capessere: *Noluit*, inquit sacer Textus (*ibid.*), *consolationem accipere*; tum quod tanta erat vis amoris, ut cuperet ad sepulcrum illius descendere, illudque lacrymis suis irrigare (*ib.*): *Descendam ad filium meum, lugens in inferno*. Equidem quod poetae inserunt Orphaeum cytharam suam Inguibis concepta pulsatem in infernum descendisse, ut charam suam sponsam reperiret, hoc idem prae amoris magnitudine desiderasse Iacob sacra Scriptura testatur, dum in persona eius praecitata verba refert: *Descendam ad filium meum, lugens in inferno*. Quid plura? David quamvis non ignoraret inobedientiam Absalonis filii sui, immo et odium, quod contra illum conceperat, ut a regno eum deturbaret, cum audivit in bello fuisse extinctum, paternus eius amor in haec dulcissima verba prorupit (*2. Reg. 18*): *Fili mi Absalon? Absalon fili mi? quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te? Absalon fili mi, fili mi Absalon*. Ecce manifeste vim patris amoris; qualem filium illum nominat, et vitam propriam cum morte illius commutare desiderat (*ibid.*): *Quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te? Licet tamen indiscriminatum ferrens sit amor parentum erga filios, materium tamen, experientia id comprobant, teneior, et ferventior erga illos esse solet. Unde Hieremias, ut exaggeraret amaritudinem, qua peccata deplangi debent, peccatori ait (*Hierem. 6*): *Luctum unigeniti fac tibi plantum amarum*. Et Isaias, ut declararet magnitudinem divini amoris erga suos, et singularem curam, quam eis blandiendi, velut infantibus, et consolandi eos habebat, in persona ipsius ait (*c. 66*): *Quomodo mater consolatur filios suos; ita et ego consolabor vos*. Ac tandem regius vates David, ut indicaret ardentissimum suum amorem erga principem Ionatham, cum audivit eum in bello interisse, dixit (*2. Reg. 1*): *Dolvo super te frater mi Ionatha decore nimis; et amabilis super amore mulierum: sicut mater unicum amat filium suum, ita ego te diligebam, Ionatham*.*

Non solum autem inter homines, sed et inter bruta animalia amor his paludis, et erga filios viget: nam, ut aquilam omittam,

quae ut filios suos ab acupe defendat, periculo iaculorum se exponit; et pellicanum sileam, quae ut filiorum vulneribus medetur, rostro proprium pectus percutiens, sanguinem elicit; solum dicam, sacerdotibus Aegyptios, ut refert Henricus Scualen (*in suis Aphor. lib. 20*), ut affectum, et amorem in filios describerent, Vulpanseris simulacrum facere solitos, quia haec avis tanto amore filios prosequitur, ut uterque parens pro illis venatoribus se dedat, ut a capiendis filiis eorum animos avertat. Si ergo maternus amor adeo ardens esse solet, non potuit non in Maria ardentior esse: tum quia si ad amorem, qui vocant acquisitionem, mentem convertemus, qui maxime fovet, et nutriti solet communicationis, et familiaritatis pabulo, quo deficiente facile ille evanescit, Aristotele dicente: *Silentium dirimit amicitias*; necesse est hunc amorem fuisse in beata Virgine praexcellentem, cum nulla unquam matris cum filio antiquior consuetudo, et crebrior fuerit communicatio ea, quam Deipara habuit cum filio suo. Aliae enim matres uteris suis prolem gestantes ilam non agnoscent, cum ea non confabulantur, quia nondum rationis lumen ei illuxit. Cum autem Christus Dominus ab instanti suae conceptionis particeps rationis esset, et summa sapientia tam increata, quam creata poleret, ab eo certe momento, quo verba illa percipit b. Virgo (*Luc. 1*): *Fiat mihi secundum verbum tuum*, ab interna cum filio suo colloquutione nunquam cessabat. Unde cum crebra eius fuisset communicatio, familiaris consuetudo cum filio suo per plusquam triginta et tres annos, facta computatione a conceptione usque ad mortem, non potuit quasi in infinitum acquisitus eius amor non crescere; maxime quod si Petri, Ioannis, et Magdalene amor ex minore multo, et per pauciores annos cum Christo consuetudine, ita crevit, ut Christo Domino interrogante: *Petre diligis me plus his? ille respondit: Tu scis Domine, quia amo te*; et Ioannes per antonomasiam dicitur: *Discipulus ille, quem diligebat Iesus*; et de Magdalena veritas ipsa testetur: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*; manifestissime reliquitur, acquisitum Virginis amorem erga charam suam sobolem omnem cuiusque matris amorem longo intervallo superasse: tum quia, si quaedam matres diligant filios ob eximiam eorum pulchritudinem, David (*Psal. 44*) ait: *Speciosus forma prae filiis hominum*. Si aliae, quia haeredes futuri sunt magnarum divitiarum, Paulus (*ad Hebr. 1*) ait: *Quem constituit haeredem universorum*. Si aliae propter imperium, et potentiam, Ioannes inquit de illo (*cap. 13*): *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus*. Si aliae eodem amore prosequuntur ob ingentem literaturam, et scientiae splendorem, ecce Aristoteles sapientiam eius commendans, dixit (*ad Coloss. 2*): *In quo sunt omnes thesauri sapientiae, et scientiae Dei*. Si aliae matres filiorum amanatissimas se exhibent propter egregiam eorum indolem, et praecelaram morum compositionem, et vitae integritatem, ecce de illo scriptum est (*1. Petr. 2*): *Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius*. His omnibus titulis

b. Virgo filium suum diligebat, quia omnes illi pariter in illo micabant. Quod si quidam amantur, quia parentes, alii quia domini, alii quia amici, alii quia fideiussores, alii propter alias similes rationes; certe Christus Dominus a beata Virgine diligebatur omnibus his nominibus, quia pater, filius, sponsus, amicus, fideiussor, pastor, et omnia ei pariter erat. Si demum crescentibus beneficiis filiorum erga matrem tantumdem crescit amor matrum erga filios; non potuit non ardentissimus esse amor Virginis erga filium suum, a quo tot, ac tam innumera suscepit beneficia, ut nec angelica lingua recenseri valeant. Innotuit tamen illa sanctus martyr Methodius (*orat. in hyp. Dom.*), qui ad Virginem conversus in hunc modum eam alloquitur: *Euge, euge, quae debitorum vitam habes, qui omnibus multo dat: Deo nanque universis debemus, tibi vero etiam ille debet*. Certe nos omnes Deo vitam debemus; beata autem Virgo tantum momenti beneficium a filio suo suscepit, ut ille vitam, quam habet humanam, Virgini debeat, cum ab ea illam per veram generationem susceperit. Haec Creator omnium, cui omnes creaturae debent, elementa, flumina, foetae, plantae, pisces, volucres, animalia, astra coelestia, et omnes spiritus angelici: ille inquam, cui universa haec debent, debitor factus est Virgini. Unde cum beata Virgo tantis fuerit a filio cumulata beneficiis, ut illum solum, quod genitricem suam eam fecerit, pene infinitum complectatur, non potuit non quasi in infinitum amor eius erga filium crevisse. Accedit ad haec, quod Aristoteles (*lib. Problematum*) quaerens, an sit conformis naturae, ut matres ferventius ament filios, quam patres? respondens affirmative, huius maioris amoris rationem hanc reddit, quod mater certam, et evidentem habet cognitionem illum esse filium suum, quem peperit, pater vero non nisi opinionem; et fidei nulli in hoc decipiuntur. Cum igitur beatissima Virgo certissima esset super omnes matres Christum Dominum esse prolem suam, immo totam suam, ut adnotavit divus Paulus (*ad Gal. 3*) dicens: *Abrahae dictae sunt reprobationes, et semini eius. Non dicit: et seminibus, quasi in multis*. Quod notanter addidit Apostolus, quia sola Virgo absque consortio viri Christum conceperat, manifeste inde reliquitur magnum fuisse amorem Virginis erga filium suum. Ad haec, non solum viguit in beata Virgine ardens amor naturalis ad filium, sed ardentior multo supernaturalis charitatis, qui, ut ait d. Ambrosius, excedit omnem amorem naturalem, ut experientia ipsa satis comprobavit in Abrahamo, in quo charitatis amor erga Deum ita superavit, ac transcendit amorem naturalem erga filium suum Isaac, ut iubente Deo illum sibi immolari, ipse non dubitaret gladium evaginare, et super collum eius illum extendere; unde Dominus dixit ei (*Genes. 12*): *Nunc cognovi quod timeas Deum, timore scilicet filiali, qui ex amore charitatis procedit: hic enim de amore naturali erga filium tuum in te palmam reportavit. Atque huc facit illud Alciati emblema de duplici amore, honesto, et inhonesto, qui cum inter se concertarent, honestus de inhonesto victoriam tulit*.

Aligerum, alisceroque inimicum pluvit amorem. Arcu arcum atque ingens igne domans Nemesis.

quibus consonat illud Tibulli:

Ecce puer Veneris, fortem eversumque pharetram, Et tractor arcus, et sine luce facem:

ecce amor honestus fortior est inhonesto; sed charitatis amor longe illum superat; maiori certe fortitudine pollet, Spiritu sancto dicente (*Cantic. 8*): *Fortis est ut mors dilectio*. Bene ait, *sicut mors*: quia sicut mortis fortitudo tanta esse agnoscitur, ut omnia illi subiciantur, etiam ipse Deus factus homo; ita amor charitatis omnia vincit, omnia suo imperio subdit, etiam ipsum Deum. Hic igitur supernaturalis charitatis amor adeo beatam Virginem absorberat, ut ubi nostra vulgata legit: *Ne suscitetur, neque evigilare faciat dilectam*, alia versio habet: *Ne evigilare faciat dilectionem, vel charitatem*. Quo non obscure Spiritus sanctus dilectissimae sponsae suae Mariae ostendit ardentissimum amorem, dum non tam amans, quam ipse amor, non tam charitate fervens, quam ipsa charitas illi sibi videretur. Cum ergo tam amor naturalis, quam supernaturalis adeo excelleret in Virgine Deipara, et quantitas doloris de morte unigeniti sit iuxta mensuram amoris; facile inde conicere licet intensissimum fuisse super omnium angores acerbissimum eius dolorem, sicut intensissimus fuit omnium amorum ardentissimus eius erga filium amor. Ad quod sane respiciens d. Bonaventura (*offic. de comp. beat. Virg.*) dixit: *Nullus dolor amari, quia nulla proles charior*. Doctissimus Guilielmus (*in comm. sup. cap. 1. Cant.*) singulari pietate ait: *Tanta virtute Christum dilexit, ut ad titulum suae laudis sufficere, quod mentem eius tanto vis amoris occupaverat, ut fugientibus discipulis, oblita saecus fragilis, ipsa cum lacrymis adstantis cruci, et condolens morienti animam suam pro filio suo, etsi minime posset patiendi, tamen exposuit compatiendo*. Memini Aristotelem (*8. lib. de anim.*) docuisse, quod cum matres teneriori amore ferantur in filium quam eorum patres, ideo fieri quod licet patres magis hilarescant in secundis, et prosperis filiorum eventibus, matres vero in adversis, et infelicibus magis contristantur, et dolent. Cuius discrepantiae eam adhibet philosophicam rationem, quod cor virile expansum magis, muliebri vero magis compressum est; et ideo illud ad laetiam, quae animum dilatat, hoc vero ad maestitiam, quae illud stringit, aptius esse noscitur. Id sane suo modo impletum cerno in parentibus Christi, aeterno scilicet Patre, et beatissima Virgine: Pater valde laetatus est in prosperis successibus Christi Domini, suaeque laetitia non obscura prodidit indicia: cum enim in monte Thabor Dominus Iesus singulari gloria, et maestate, fulgentissimisque gloriae splendoribus coruscaret, Patris vox insonuit (*Matth. 17*): *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit*. Quid autem est complacere sibi, nisi in eo laetari? Tempore vero passionis cum variis tormentis quater-

tur, omni solatio eum destituit; unde Christus dixit (*Marc. 15*): *Ut quid me dereliquisti?* Ecce ergo quomodo Pater, qui in prosperis Christi eventibus ei congaudebat, in adversis illi non compatitur, quia tota haec compassio solum pertinebat ad matrem, ad quam spectabat supplere moerorem, et tristitiam, quae in aeternum eius Patrem cadere non poterat; necnon et illam, quae in Iosephum legalem ac putativum eius patrem cecidisset, si tunc superstes esset, et cruci adfuisse, immo et quam deberent omnes redempti sanguine Christi exhibere, nisi ingratitude morbo laborasset. Virgo ergo ut pro omnibus Deo grata existeret, Creatoris, et creaturam compassionem ipsa sola supplere. Unde Utinus (*lib. 4. cap. 15*) dixit: *Cum ipsa esset advocata mundi, tantum dolorem Spiritus sanctus suis infudit visceribus, quantum sufficere omnium electorum genitrici ad excusandum ingratitude mundi, quia sic dura morte de sui fabrica suam expellebat avocem, qui ad virgines eruidens de faucibus mortis, de sinu Patris advenerat servilem assumendo naturam; unde ipsa pro se, et pro toto mundo dignum Deo morienti, et de se genito exhibebat lamentum*. Contemplor nunc amores duos, velut streanos, ac fortissimos propugnatores, qui in corde Virginis duello condixerat mirando. Amor maternus Virginem implebat, ut Christi vitam incolentem desideraret; amor redemptionis, ut divinae voluntati de morte illius se conformem exhiberet, sibi vindicabat. Amor maternus dicebat: non moriatur innocens filius meus; amor et contra redemptionis clamabat: moriatur unus pro populo, ne tota gens pereat. Amor maternus aiebat: Quomodo videre poterit dilectum filium morientem? amor redemptionis, quomodo inveni poterit universum orbem pereuntem? Amor maternus cupiebat charissimum prolem cruci non affigi; amor redemptionis desiderabat illum in cruce immolari. In hoc tamen dicit certamine triumphat, mirabiliter triumphavit, maiorem Dei gloriam, et communi humani generis utilitatem reliquis omnibus praeponeus; unde potiori iure, quam divus Paulus (*Rom. cap. 8*), Deipara Virgo dicere potuisset: *In omnibus his superamus propter eum, qui dilexit nos*. Sicut autem cum duo lauri inter se acriter concertantur, unusquisque pro viribus pugnat, ut vincat; parva vero ab uno victoria, alter lugubres mugitus emittens descendit, non dissimiliter cum duo illi amores, amor scilicet maternus, et amor redemptionis, acerrime inter se pugnant in Mariano pectore, velut duo lauri, aut certe velut duo filii, qui in utero matris collidebantur, et pugnant; sane redemptionis amore victoriam reportante, continuo amor maternus, qui Christi vitam illaesam cupiebat, in varia suspiria, et lugubres gemitus prorumpens locum Calvariae vulnerymarum imbre irrigabat, et sanguis ex lacrymarum Christi effluens cum virgine lacrymarum liquore misceretur. Sicut autem Ioannes testatur se vidisse (*lib. suarum revel.*), quod ex agno egrediebatur fluvius ad laetificandum paradisum; ita et contra nunc

mibi videor videre, ex sede crucis, et agno innocentissimo in ea sedente copiosum doloris flumen egredi, et amarissimum eius aquam totum Mariae cor inundare, et Marianum paradisum non laetificare, sed affligere, et contristare. Unde d. Anselmus (de comp. Virg.): *O Domine, inquit, quos fontes lacrymarum dicam erupisse de pudicissimis oculis tuis, cum attenderes unicum filium tuum innocentem coram te flagellari, quantum, et carnem eius dissecari crudeliter. Sed quomodo quaeso non lacrymaretur piissima mater, videns dilectum filium funibus ligatum instar sceleratissimi hominis ad mortem duci? Quomodo non contristaretur praecoen audiens alta voce dicentem turpissimae mortis cruci filium eius ad iudicium? Quomodo non doleat videns caput filii sui spinis teribratum, manus, et pedes clavis confoscos, faciem spulis maculatam, corpus totum variis plagis exulceratum? Quomodo tandem non vehementer vexaretur intuens quem summo amore diligebat, quem in utero suo ex Spiritu sancto conceperat, quem virgo manens pepererat, factum virum dolum, et turpissimam omnium mortem instar sceleratissimi hominis, cum aliquin vere Deus esset, inter duos latrones mulctari. Hunc tam acerbum Mariae dolorem praestat silentio magis, et contemplatione veneremur, quam impetritis verbis illum prosequamur. Taceat ergo os, sed non taceat pupilla oculi tui filio, et matri compatiens: quibus sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA III.

Causas Virginis dolorem vehementer augentes in passione Christi Domini, late, sed compendiose prosequimur.

Sanctus Antoninus Florentinus (4. p. Theol. tit. 13. cap. 41) acerbitatem dolorum beatae Virginis iuxta crucem profunda consideratione contemplantis, non audebat angelicae salutationis iubilo eam salutare, dicens, quod licet sacri verbi praecones ad propinquandum evangelicae doctrinae lac prius illam salutare soleant dulcisonae salutationis angelicae cithara utentes; hodierna tamen die cum doloris gladius animam Virginis pertransit, videor singulis concionatoribus dictum illud Eliasacii prophetae, qui de Sunamite mortem unigeniti sui deplorante dixit Giezi (4. Reg. 4): *Dimitte eam, anima enim eius in amaritudine est.* Quasi diceret, opportunum magis tempus hoc est condolendi, quam salutandi, et congratulandi, angelicae salutationis cithara resonante. Unde beatam Virginem mihi audire videor lugubre illud Iob elogium: *Versa est in luctum cithara mea, et organum meum in vocem flentium;* hoc est suave illud musicum salutationis angelicae instrumentum, quo divini verbi praecones uti consueverunt, raecum adeo repertes, ut quascumque parte fides eius pulses,

non nisi tristem, ac lugubrem sonum tibi reddant: nam si Virgini dicas *Ave*, quod interpretatur *sine voce doloris*, non congruit illi, quae ingenti dolore plena, illud Michaeae aplice dicere potest: *Vae animae meae, quia defecti timoratus a terra filius meus, quem implevit spiritus timoris Domini.* Si appelles eam *Mariam*, ut illuminata interpretatur, certe cum modo iuxta crucem instar lunae eclipsatae adsit, obscuratam potius, ac tenebris offusam inveniēs. Quod si pronuncies *Dominus tecum*, respondebit, aut quod Gedeon angelo: *Si Dominus mecum, quomodo invenerunt me mala haec? vel utique Dominus mecum fuit per plusquam triginta tres annos, partim in utero, partim domi, partim per vias; sed iam cum obierit, non est mecum.* Quod si rursus eam commendans subiungas, *Benedicta tu in mulieribus*, continuo occurrit tibi: quomodo patiar nunc me benedici, audiens filium benedictum fructum ventris mei maledicti (Deut. 2): *Maledictus qui pendet in ligno?* Ecce igitur quomodo cithara salutationis angelicae versa est in plancium, et organum Mariae in luctum flentium. Ut tamen hunc amarissimum flentium, et dolorem Virginis, magis expendamus, placet in memoriam revocare, graviter adeo divum Augustinum super mortem eiusdam amici sui doctuisse, ut (lib. confess.) haec de se fateatur: *Mirabar ceteros mortales, quia illae quem quasi non mortuum dicebant, mortuus erat, et me magis quia ille alter, eum vivere illo mortuo mirabar. Bene quidam dicit de amico suo, dimidium animae meae. Nam ego sensi animam meam, et animam illius unam fuisse animam in duobus corporibus, et ideo mihi horriore erat vita, quia nolebam ne totus ille moreretur, quem nullum amareram. Sane haec multo magis in Mariam conveniunt. Nam si Augustini dolor adeo acerbus erat ob unius amici amissionem, dubitari non potest, quin acerbius fuerit Virginis dolor, quae Christo moriente, non solum amicum, sed patrem, sed pastorem, sed magistrum, sed Dominum, sed thesaurum cordis sui, sed filium, sed sum summum benefactorem amiserat; maxime quod pene innumera Virgini tunc occurrerunt, quae moerorem eius vehementer angebant: inter quae primo loco appone profundissimam cognitionem, quam beata Virgo habuit acerbi doloris, quem dilectus eius sustinebat. Considerabat rationem violentiae, et acrimoniae, qua hostes in illum irruerunt, de qua ipse Dominus conqueritur per prophetam (Psal. 37): *Et cum faciebant qui quaeiebant animam meam; idest qui vitam mihi auferre salagebant: in omnibus enim illis locis, in quibus praecipue vitam hominis consistere opinati sunt philosophi, vim magnam fecerunt: in capite per coronam spineam: in manibus, et pedibus per diram eorum affixionem: in epate per gravissima ulcera in flagellatione inflicta: in corde per apertionem lateris: in sanguine per copiosam eius per varias corporis venas effusionem. Agnoscebat insuper b. Virgo Christi innocentiam: etenim quando quis poenam patitur, quam propter culpam meretur, non nihil mitigatur eius dolor; unde Ovidius (in suis epist.) dixit:**

Leniter ex merito quiddam patiare ferendum est. Quae venit indigne poena dolenda venit:

e contra vero quando quis innocens patitur, non pro sua, sed pro aliena culpa, acerbius dolore conficitur; unde bonus latro iniquo dicebat (Matth. 27): *Nos quidem digna factis recipimus, hic autem nihil mali gessit.* Agnoscebat insuper beata Virgo lenerrimam filii sui complexionem, utpote ex virgineo sanguine, Spiritu sancto cooperante concepti. Dicit autem philosophus (in *L. de sen. et sens.*), nobiliores potentias esse magis apprehensivas suorum obiectorum: unde cum potentia tactus Christi Domini esset omnium nobilissima; et quanto sensus tactus est vivacior, tanto dolor sit acutior, ut docuit Aristoteles (lib. 2. de Anim.); consequens est acerbiorem fuisse dolorem Christi, quam cuiuscumque alterius martyris, maxime quod passus est in membris magis sensibilibus, scilicet in capitis temporibus, et fronte per pungentes spinarum aculeos, et in manibus, et pedibus, clavis quatuor transfixis, in quibus magna nervorum copia viget. Ponderabat insuper charissimam mater dilectam sobolem ab omnibus derelictam: dereliquerunt enim eum non solum discipuli, qui cum eo erant, Evangelista dicente (Matth. 26): *Omnes pariter fugerunt;* unde David in persona Christi dixit (Psal. 68): *Qui me consolaretur, non inveni;* sed quod terribiliter videri potest, eum dereliquit Pater (Matth. 27): *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Agnoscebat etiam causas dolorem augentes, quas d. Augustinus his verbis adnotat (serm. de pass.): *Ipse Rex regum, et Dominus dominantium mortem sustinuit immaturam, quia in flore iuventutis violentam, quia ab aliis et beneficiis: acerbissimam, quia crucis: vilissimam, quia in medio latronum; haec ille: quibus consonant egregia verba divi Bernardi (super Cantic): O humilem, et sublimem, o altissimum, et novissimum, o opprobrium hominum, et gloria angelorum: nemo sublimior, nemo despectior: esto vilis quantum potes, nunquam Christo vilior eris. Ipse siquidem Rex regum, et Dominus dominantium fuit vilissimo pretio venalis expositus, a vilissimo populo vilissima passus, vilissimo loco crucifixus, crucis supplicio traditus, inter latrones positus, cum iniquissimis, et vilissimis hominibus deputatus, modo vilissimo tractatus. Etenim tanquam malefactor bonus Dominus captus: tanquam furiosus mansuetus vinculis adstringitur: tanquam pestifer Saluator accusatur: tanquam homicida vita hominum morti damnatur: tanquam leprosus, et immundus mundator criminum extra moenia eicitur: tanquam latro crucifigitur: tanquam flagitiosissimus confutandus ab omnibus, et intueendus nudatur: et tanquam vermis vilis, et vilissimus, summus Deus conspuitur, et conculcatur; hactenus divus Bernardus. Ponderabat praeterea beata Virgo quam multi conveniant ex variis nationibus in Hierusalem propter solemnitatem Paschatis, quae potissima omnium erat, divo Luca dicente (in Actis Apost.), de omni pene nationum conventu in Hierusalem ad illud festum. Quis autem ignoret, beatam Virginem probe agnovisse*

ingentem confusionis, et erubescientiae dolorem, quem Christus sustinebat, dum videbat singulos illorum ad patrias suas revertentes, turpissimum eius mortem, et ob ingenia scelera, ut Hebraei clamabant, palam fore evaluatos. Considerabat ad haec beata Virgo omnes, tam nobiles, quam ignobiles adversus filium suum conspicias. Imperator Romanorum Tiberius per ministrum suum Pilatum, qui eum morti adiudicavit: rex Herodes, qui illum illulsi, et sprevit: principes sacerdotum, et pharisaei, qui mortem illi inferre variis modis machinabantur: Iudas, qui tradidit eum, ut comprehenderetur; Petrus discipulus ter illum abnegans; ac tandem omnis populus valenter clamans (Marc. 15): *Crucifige eum, crucifige eum.* Expendebat item beata Virgo tanto graviorem, et amariorē esse Christi moerorem, quanto ille recte agnoscebat sibi mortem inferri ab iis, quos nullis beneficiis cumulaverat; unde per prophetam Davidem de hoc specialiter conquerens dixit (Psal. 108): *Posuerunt adversus me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea; et per prophetam Michaeam (c. 6): Popule meus quid feci tibi, aut in quo molestus fui tibi? responde mihi; quasi dicere: Ego patres tuos, Iacob, et filios eius tempore famis in Aegypto contrivi, ne perires; postea te feci in gentem magnam: de dura Aegyptiorum servitute te eduxi: a flagellis, quibus totum Aegyptum percussit, te liberavi; ac mare rubrum tibi aperui, ut per illud sicco vestigio transires. Pharaonem persecutorum tuum cum exercitu suo in mari demersi: Manna de caelo te per quadraginta annos in deserto pavi: aquam de petra tibi eduxi, persequentes te hostes prostravi, Seon nimirum regem Amorrhaeorum, et Og regem Basan: terram fluentem lac, et mel tibi donavi, et in ea triginta reges, et plurimas nationes tibi adversantes interfeci. In monte Sinai tibi legem dedi: de dura servitute per Esdras, Neemias, et Zorobabel eduxi: de gravi oppressione Antiochi regis te per Iudam Machabaeum, et fratres eius eripui. Ego sum de genere tuo carnem sumpsisti: Deus cum sim, factus sum frater tuus: civitates varias tuas salutis sollicitus perambulavi, multis laboribus oppressus, regnum Dei tibi praedicaui: coecos tuos illuminavi, leprosus mundavi, claudos erecti, obsessos a daemone liberavi, surdis auditum restitui, multos loquelam, infirmis variis sanitatem, mortuis vitam. Quid plura? Praecepta Dei tibi declaravi, errores confutavi, vitia increpavi, consilia dedi, viam perfectionis verbo, et exemplo aperui. Quid aliud tibi facere potui, et non feci? Haec cine ergo reddis Domino tuo, popule stulto, et insipienti? Perpendebat rursus beata Virgo, quod quanto dignior esset persona, quae offenderit, et vilipendatur, tanto magis erascit offensae, et vilipensio, et consequenter acerbius reddatur poena, et dolor patientis. Cum ergo Christus Dominus in quantum homo esset ex stirpe regia, immo et totius orbis supremus rex, necnon et summus sacerdos, in quantum vero talis persona, vere esset Filius Dei naturalis, qui non rapinam arbitratu est se esse aequalem Deo; certe ea hoc*